GRATIANUS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

membrorum aut. Non absorbeat me profundum neque urgeat super me puteus os suum. Quod aug. exposuit dicens. Puteus est profunditas humanae miseriae in qua si ceciderit non claudet super te os suum si tu non claudis os tuum confitendo. Et dic. De profundis clamavi ad te domine. et ita desinit claudere super illum qui in profundo peccatorum aut mortuo velut ab eo qui non est profitetur. Hinc idem ppha ait. Intrate portas eius in confessione. ostendens ad portas vitae non nisi per confessionem peccata aliquem posse pervenire. Hinc et beatus iohannes baptista et salvator noster exordium suae praedicationis a poenitentia suorum dicentes. poenitentiam agite. a.e.r.c. ostendentes neminem ad regna coelorum posse pervenire nisi prius poenitentiam de eis curavit satisfacere. Hinc et in actibus apostolorum legitur credentes venebant ad apostolos annuntiantes suos actus. Ex his omnibus facile monstratur sine confessione nullum veniam posse mereri. Hinc leo pp. ait. Sufficiens poenitentiae confessio quae primum domino offertur deinde sacerdoti. quod pro delictis poenitentium praetor accedit. Idem. Poenitentia quae dilata est cum studio sit peccata fuit non negetur ut eo magis adindulgentiae medicina animae vulnerata pervenat. Item aug. in sermone de poenitentia. Non sufficiunt mores in melioribus mutare et a priuis recedere malis. nisi et de his quae facta sunt satisfaciat domino. per poenitentiae dolorem per humilitatis gemitum. per contritionem cordis sacrificium. cum operibus eleemosinis et iejuniis. Item ambr. Non oportet ds mutare sententiam. si tu novis emendare delictum. Item leo pp. Aliud quod de debita iustitiae reponere aliud per praefectionis amorem poenitentiae vitiorum veniam postulantem oportet et amotis licentiis abstinere dicente apostolo. Omnia mihi licent. sed non omnia expedient. Vnde si poenitens hac causam. quam negligere forte non debeat melioribus expectet ecclesiasticum quam forense iudicium. Item iesus in malachia. Quis sacerdos est et comedit in pascha domini. accingatur baculo castitatis et audiat cum apostolis. Sint lumbi uestri praecincti et lucernae ardentes in manibus. Qui autem praecordia et quae remordet per poenitentiam cilicio accingatur et plangat ut propria delicta ut populum et ingrediatur ecclesiam. de qua prius peccata fuerit egressus et cubet ut dormiat in sacco ut pristinas delicias per quas dominum offendit ante oculos austere pensetur. Idem in amos ppha. Si agam poenitentiam. ipsum quoque poenitebit

S. xxvii. q. ii. In quo.
S. xi. q. i. Aliud.
S. xxviii. q. Sic enim.
I. e. q. iii. C. q.